

hoc quae predictis diuisionibus aperte est manifesta
intellegentiae claritate cognoscitur.

Hademus Castrod.

Pincipia geometricae disciplinae punctum est. cuius pars nulla est.
Linea uero praeter latitudinem longitudo. Lineae uero fides
puncta sunt. Recta linea est quae ex aequo in suis punctis iacet &
superficies uero quod longitudinem ac latitudinem solas
habet. superficies uero lineae sunt. plana superficies est quae
ex aequo in suis rectis lineis iacet. planus angulus est duarum
linearum in plano inuicem sese tangentium & non in di
recto iacentium ad alteram utram conclusio. Quando autem
quae angulum continent lineae rectae sunt tunc recta lineis
angulus nominatur. Quando recta linea super rectam line
am stans circum se angulos aequos sibi inuicem fecerit
rectus est uterque aequalium angulorum. & quae super stat
linea super eam quam insidet perpendicularis uocatur.
Obtusus angulus est maior recto. Acutus autem minor recto.
figura est quae sub aliquo uel aliquibus terminis continetur.
Terminus porro est quod cuiusque est finis. Circulus est figura
plana quae sub una linea continetur ad quam ab uno puncto
eorum quae intra figuram sunt posita. omnes quae incidunt
rectae lineae aequae sibi inuicem sunt. hoc uero punctum
centrum circuli nominatur. Diameter circuli est recta